



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

26. De filia Archisynagogi à Christo resuscitata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

E VITA

are laudes  
iam Dei.

um & tange  
it sanata. Pe  
ed quis non se  
ione, quae  
lutem. Nos  
omni sancti  
preparatione  
simus in no  
m Christum,  
n.

edia & re  
in Medicu  
n superesse  
rationem  
is necessi  
extrema,  
o, suppedi  
lium ad co  
eius po  
solam

DE



DE FILIA  
ARCHISYNAGOGI  
RESVSCITATA.  
A CHRISTO.

MEDITATIO XXVI.

EVANGELIUM.



IVM transcendisset IESVS in naui rursustras fretum, excepit illum turba. erant autem omnes expectantes eum, ipse autem erat circa mare, & ecce venit vir cui nomen Iairus, & ipse princeps Synagogae erat. Et videns eum, procidit ad pedes eius rogans eum multum, & dicens. Filia mea in extremis est, veni, impone manum tuam super eam, ut salva sit, & viuat. Et surgens IESVS, sequebatur eum, & discipuli eius, & sequebatur eum turba multa. Et venerunt nuntij ad Archi-

Matt. 9.  
Mar. 5.  
Luc. 8.



Archisynagogum dicentes. Quia filia tua mortua est, quid ultra vexas magistrum? IESVS autem audito verbo hoc ait Archisynagogo. Noli timere, tantum modo crede, & sana erit. Et noluit quenquam sequi, nisi Petrum, Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum Archisynagogi, & vidit tibi- cines & turbam tumultuantem, & flentes & eiulantes multum. Et ingressus ait illis. Quid turbamini & ploratis? Recedite, non enim est mortua puella sed dormit. Et ridebant eum, scientes quod mortua esset. Ipse vero eiecit omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui cum eo erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens. Ipse autem tenens manum puellæ, dixit. Thalita cumi, quod est interpretatū, Puella surge; & continuo surrexit puella, & ambulabat; erat autem annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore magno parentes eius. Et præcepit illis, ne alicui dicerent, quod factum erat, & iussit dari illi man-  
duca-

ncare. &  
in terran

VOCAL  
operi n

tem.

1. Dexter

is Domini e

nam, & nar

CON

TANT

nobis

paratum s

tibus, sed

aliquod in

Vnde & ip

parat se m

sei filij vt

præfert a

oblitia fuer

Similiter

se mem

quam D

Ego autem

nus sollici

paret in l

ab Arch

busslet p

quereret



care. & exijt fama hæc in vniuer-  
sam terram.

PROPHETIAE.

**V**OCABIS me & ego respondebo tibi, *Iob. 14.*  
operi manuum tuarum porriges dexte-  
ram.

*1.* Dextera Domini fecit virtutem, dexte-  
ra Domini exaltauit me, non mouiar, sed vi-  
uam, & narrabo opera Domini. *Psal. 137.*

CONSIDERATIONES.

**T**ANTO desiderio tenetur Deus  
nobis benefaciendi, vt non solum *Punct. 1.*  
paratum se offerat omnibus se quæren-  
tibus, sed etiam præueniat ad auxilium  
aliquod in necessitatibus præbendum.  
Vnde & ipse Deus per Prophetam cõ-  
parat se matri, quæ non potest obliui- *Esa. 49.*  
sci filij vteri sui. Imò amorem suum  
præfert amori materno, dicens. *Et si ipsa*  
*oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tuum.*  
Similiter Propheta Dauid consolans  
se memoria curæ & sollicitudinis  
quam **DEVS** haberet de se, dicebat,  
*Ego autem mendicus sum & pauper, Domi-*  
*num sollicitus est mei.* Quod clarissimè ap- *Psa. 39.*  
paret in hoc exemplo Christi: qui, cum  
ab Archisynagogo merito quæri de-  
buit pro salute suæ filiae, tamen ne  
quereretur relicta religione Genesareth  
tra-



traiecit mare, vt liberaret labore quæ-  
rentes se, & sigillatim vt hūc afflic-  
tum Archiſynagogum ſolaretur: non ſecus  
quàm faceret miſericors aliquis Med-  
icus, qui cupidus exercendæ artis ſuæ ad  
commodum aliorum, conferret ſe in  
locum publicum, vbi facilè inueniri  
poſſet ab ijs qui eius auxilio indigerent.  
O caritas immenſa, O miſericordia in-  
finita. Benè ſcripſit de eo Prophe-  
ta *Ioel. 2.* *Quia benignus & miſericors eſt, pa-*  
*tiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis*  
*ſuper malitiâ.* Vide quàm benignus &  
miſericors fuerit Dominus, dum affli-  
ctiones aliorum reputans quaſi ſuas,  
per varia loca diſcurrit, vt omnes iuuet  
& conſoletur. Benedictus ſis Deus me-  
us, qui ne in te quærendo laboraremus,  
deſcendere de cælo voluiſti, & labora-  
re in nobis quærendis, noſtraque infir-  
ma natura, quæ in hac puella fuit præ-  
figurata, ſanitati reſtituenda. Non o-  
pus eſt amplius ad te quærendum am-  
bulare nocte per tenebras legis veteris,  
nec ad impetrandam openi tuam am-  
plius neceſſe eſt in ſacrificium offerre  
agnos & tauros. Poſtquam enim tu lux  
mundi ortus es velut lucidiſſimus ſol  
ex alto, ex inuiſibili factus es viſibilis,  
& qui prius ambulabas ſupra cælos,  
nunc

*Luc. 1.**Iob. 21.*



t labore quæ  
 hūc afflictum  
 tur: non secus  
 aliquis Medi-  
 æ artis suæ ad  
 nferret se in-  
 cile inueniri  
 o indigeret.  
 ericordia in-  
 eo Propheta  
 ericors est, pe-  
 & præstabilis  
 benignus &  
 s, dum affli-  
 quasi suas,  
 omnes iuuet  
 sis Deus me-  
 boraremus,  
 & labora-  
 raque infir-  
 la fuit præ-  
 a. Non o-  
 endum am-  
 gis veteris,  
 uam am-  
 um offere  
 enim tu lux  
 diffimus sol-  
 es visibilis,  
 pra carlos,  
 nunc

me visus es ambulare in terra, & cum  
 hominibus conuersari: & postquam  
 voluntariè te ipsum obtulisti quali ag-  
 num immaculatum, plusquam omni-  
 bus alijs sacrificijs abundanter nostris  
 infirmitatibus & necessitatibus subue-  
 nisti. Itaque ô sponsa non opus est te  
 amplius circuire vrbes & castellâ cla-  
 mando & petendo. *Nunquid quem di-*  
*git anima mea vidisti?* Nam hic sponsus  
 amabilis, tantam tui commodi curam  
 habuit, vt venerit *saliens in montibus, tra-*  
*uens colles,* quo citius tibi adesset; sed  
 nec difficultas viarum, nec crucis aspe-  
 ritas potuerunt vel minimum inflam-  
 matum eius desiderium retardare, vel  
 ab hoc præclaro facinore reuocare. O  
 anima mea, quoties hęc ipse sponsus se  
 tibi visendum in suis sanctis inspira-  
 tionibus præbuit, vt illum inuocares  
 ad sananda vulnera tuarum inordina-  
 tarum passionum? Quoties astat ianux  
 cordis tui, vt aperias, eamque ingredia-  
 tur ad cœnandum & conuersandum  
 tecum? Quoties comitatus est te vsque  
 in Emaus, vt fecerat cum duobus illis  
 discipulis, dissimulando, & accommo-  
 dando se tuis imperfectionibus, & tu  
 ingrata non dignata es ei dicere. *Mane*  
*nobiscum Domine, quoniam aduersus tu?*

T Age

Baru. 3.

1. Pet. 1.

Cant. 2.

Ibid.

Luc. 24.

Ibid.



Age ergo tam benigno Domino gratias, qui pro sua immensa erga te clementia, non passus est, ut huc usque *nata sit iam dies*, & extrema hora advennerit. Compelle ergo eum, ut tecum maneat antequam nox mortis adveniat tunc enim non habebis eum affabilem peregrinum sed iudicem iustum, tuam ingratitude ultorem.

2. CONSIDER A hic, quomodo dulcis Iesus, dum expectat patienter Archisynagogum, seu ille, qui venerat ad illuminandos homines habitantes in tenebris & ad dirigendos pedes eorum in viam pacis, non passus sit, ignis divini vim, quam ex celo detulit, interim occultam esse vel otiosam; heret enim inter turbas, & intellectum sanctam suam doctrinam illuminat, igneque divini amoris, & salutis proprii desiderio voluntatem earum accendit. Considera quoque afflictum Archisynagogum quomodo calamitate filiae suae impulsus, quam, quod unica esset, & in gratis flore, summopere amabat, ut vidit eam nullis opibus, nulla arte Medicorum & Medicinarum, sed nec totius mundi opera posse a morte eripi, constituerit tandem adire auctorem vitae: & quamvis forte ipse unus esset ex Christi persecutoribus, tamen confidentia, quam habuit in bonitate & virtute

Luc. 1.

Luc. 9.



ue Christi, propriæ cōscientiæ timorē  
 cit. Vade modo bone Archisyngo-  
 ge ad Christū: nō enim ille in mundum  
 venit ad perdendas, sed ad querendas &  
 saluandas animas perditorū. non ad iu-  
 dicandos vlciscendosq; suos persecuto-  
 res, sed ad cōdonandā illis & omnibus  
 morte sua vitā. Vade igitur securus, nō  
 nouit indignari benignus IESVS, imō  
 magno amore expectat ad consolandū  
 te. & quoniā non potuit te ad se trahere  
 per prædicationē, nūc trahit per neces-  
 sitatē & afflictionē. O foelix necessitas,  
 quæ cogit hominē, vt adeat Christū. O  
 sancta afflictio, q̄ aperit oculos, efficitq;  
 vt videamus & quæramus bonum no-  
 strū, à quo antè tam longè distabamus.  
 OMNIVM hominum proprium est  
 optare vitam quietam & felicem; & id-  
 eo omnibus viribus huius vitæ mole-  
 stias, & corporis morbos non secus ac  
 pestem quandam fugiunt; cum tamen  
 nō minus animæ nostræ profunt, quam  
 medicinæ agris corporibus. Multas e-  
 nim utilitates afferunt nobis huius vi-  
 tæ tribulationes. Earū prima est, quod  
 nos reddant humiles, sicut contra pro-  
 speritas facit homines superbos, vt di-  
 xit Propheta. *In labore hominum non sunt,*  
*cum hominibus non flagellabuntur.* *Psal. 72.*  
 I 2 Ideò



*Ideò tenuit eos superbia. Exemplum habemus in hoc Archisynagogo, qui fortè antè hanc calamitatem fuit vnus ex de tractoribus & persecutoribus Christi. Sed post mortè filiae, vides quanta submissione se abijciat ad pedes Christi eumque adoret. Secunda est, quod hominis mentem attollant ad Deum, vt auxilium eius imploret, vt idem Propheta dixit, *Imple facies eorum ignominia, & querent nomen tuum Domine.* Cuius exemplū habemus in hoc eodē Principe, qui fortè nunquā implorasset auxilium Christi, si ægrotudo filiae eum ad id non induxisset. Tertia est, remissio peccatorum, nam malum, quod nimia indulgētia & amore carnis natum est, solet afflictione eiusdem carnis immiui & extirpari: benignus enim & miserator est Dominus, qui tempore tribulationis remittit peccata nostra. Neque solum per afflictiones condonantur nobis præterita debita, verum etiam augentur merita, & crescit gratia, vt testatur his verbis Apostolus. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum.* Et alibi idem dicit. *Cum infirmor, tunc fortior sum.* Verum supra omnes fructus afflictionum ille maximus omnium*

*Psal. 82.*

*Ioel. 2.*

*Iob. 3.*

*1. Cor. 10.*

*2. Cor. 12.*



DE VITA  
emplum habe  
go, qui forte  
uit vnus ex de  
ribus Christi  
es quanta sub  
pedes Christi  
est, quod ho  
ad Deum, vt  
vt idem Pro  
rum ignominia  
mine. Cuius  
eodē Princ  
orasset auxi  
filia cum ad  
st, remissio  
quod nimia  
s natum est,  
arnis immi  
enim & mi  
tempore tri  
nostra. Ne  
condonan  
erum etiam  
raria, vt re  
Fidelis De  
supra id quod  
tatione pro  
Cum infi  
supra om  
maximus  
omnium

CHRISTI. PARS I. 437

omnium est, & optatissimus, quod si  
patienter tolerantur argumentum sunt  
probata & perfecta virtutis, ac simul  
diuinae praedestinationis. Et idcirco A-  
postolus sanctus tautoperè gloriabatur  
in tribulationibus quas patiebatur, sibi  
que ducebat gloriae, quod huius saeculi  
hominibus infelicitatis & miseriae lo-  
cum obrinet; Vnde reddens huius rei  
causam dicebat. *Quoniam tribulatio pa-* Rom. 5.  
*tientiam operatur, patientia probationem, pro-*  
*batio vero spem, spes autem non confundit.*  
Si ergo tales tantaeque sint utilitates af-  
flictionum & calamitatum huius vitae,  
cur eas non cum gaudio tanquam sin-  
gularia Dei dona amplectimur, & cur  
non praeferi debent omnibus falsis  
bonis huius mundi?

4. CONSIDERA ergo quomo-  
do Archisynagogus, vt cogitare possu-  
mus, flens & suspirans ex nimia dolo-  
ris vehementia subito se ad pedes Chri-  
sti abiecerit, magnoperè ab eo petens,  
vt habet Euangelium, vt filiae suae in ex-  
tremis existenti, sanitatem restitueret.  
Magna haec submissio est Domine, quae  
non potuit non commouere misericor-  
diae tuae viscera; quando neque Regulus, Ioan. 4.  
neque centurio tantum fecerunt, dū pro  
sanitate suorum infirmorum apud te Matt. 8.  
inter-

T ; inter-



intercesserunt. Sunamitis quidem stetit  
 4. Reg. 4. abiicit sed ad pedes Helizei, sed fuit mu-  
 lier, nec id fecit palam in aliorum præ-  
 sentia. Quare hic Iairus sacerdos & Sy-  
 nagogæ Princeps, homo tam honori-  
 tus magno dolore & necessitate adigebatur  
 debuit, ut in loco publico, & tot homi-  
 num conspectu prosterneret se ad pe-  
 des pauperis & humilis IESU. Licet  
 verò magna eius fuerit humilitas, non  
 tamen minor, sed maior potius fuit  
 Saluatoris misericordia & eharitas.  
 Quamuis enim potuerit illi etiam ab-  
 senti, ut fecerat Regulo, præstare hanc  
 gratiam, tamen pro maiori eius solati-  
 o, maluit ad primam petitionem eius,  
 nullo prolato verbo surgere, & se, alijs  
 relictis, cum eo dare in viam. O clementia  
 singularis, & misericordia huius cæle-  
 stis Magistri. O inaudita humilitas &  
 pietas Saluatoris, qui ad subueniendum  
 homini afflicto, deserit inchoatum ser-  
 monem, tantamque multitudinem, quæ  
 circumstabat, ut doceretur, & humili-  
 ter cum eo pergit, ut infirmitati filie  
 medeatur. Non ibat Dominus cum il-  
 lo Regulo, licet ab eo plurimum esset  
 rogatus, imò ob modicam fidem eum  
 reprehendit, dicens: *Nisi signa & prodigia  
 videritis, non creditis.* Voluit autem ire  
 cum



nam hoc Archisynagogo, licet minorē  
 fidem demonstraret, quàm Regulus,  
 dum putat non solū necessariā Chri-  
 sti præsentiam, sed etiam tactum sacra-  
 tum manuum ad liberandam filiam.  
 Fuit nihilominus magnum discrimen  
 inter hunc & illum. nam Regulus sim-  
 plicibus verbis postulavit præsentiam  
 Christi: hic verò Princeps verborū ef-  
 ficacie adiunxit corporis & cordis hu-  
 militatem, quæ quodammodo Domi-  
 num coegit. de quo scriptum est, quod  
 respiciat in orationem humiliū, & nō  
 spernat preces eorū. Imò o dulcis Iesu,  
 quia idem de te potest dici, quod scrip-  
 tum est de patre tuo, te esse Patrē miseri-  
 cordiarum, & Deum totius consolatio-  
 nis, fideri nō potuit, quin conspectis la-  
 chrymis, & corde tam vehementer affli-  
 cto mœrentis Patris, cōmota sint quo-  
 que & liquefacta viscera tua: vnde non  
 tam humilitate illius, quàm tua ipsius  
 caritate incensus, sicut impulit te vt de-  
 scenderes de cœlo in terrā ad dan-  
 dā humanæ nature vitā, sic eadē te impulit ad  
 restituendā huic filiæ, quæ nostræ na-  
 turæ erat typus, vitam & salutem.

5. HIC Archisynagogus, quando pri-  
 mū se contulit ad Christū non nihil, vt  
 dictū est, erat in fide imbecillis: & ideo

T 4 Domi-



Dominus, prius voluit eius fidē probare, permittēdo vt in itinere acerbus ille nuntius afferetur de filiae morte, qui gratiā suam offerret. Quamuis apparet hic magna bonitas & suauitas domini, quod cognita ei<sup>9</sup> fragilitate & infirmitate antequam ex doloris vehementia, & diffidentia remedij incideret in desperationis voraginē, praeuenerit eum misericordie suae abyſſo, dicens, vt tantum crederet, nec de salute filiae dubitaret. Postea verò cum Dominus peruenisset ad domum Archisynagogi, inuenit eam refertam lugentibus & desistentibus mortem filiae, quos cum iussisset Dominus recedere, eo quod mortua non esset, sed dormiet, coeperunt illi eum deridere. O patientia mitis IESV, homines illudunt Deo, humana stultitia irridet diuinam & aeternam sapientiā. Quid verò mirum in domo huius Principis Christum derideri ab ijs à quibus non cognoscebatur? Heu quot hodie sunt in aulis Principum, qui licet profiteantur se Christianos, tamen derident Christum, dum pudet eos imitari vitam Christi, & derident etiam alios, qui nomini suo congruenter viuere piè & religiosè volunt. Quamuis autē benignissimus IESVS, sicut quoque fecit

fecit in d  
taceat & c  
continuo  
niet ali  
quod his  
fecit, nen  
ber, & oc  
terribilia  
dico vobis  
operari in  
verè mor  
eam resu  
bat autē  
anima il  
bat ab ip  
miebat  
rat eam  
taret à lo  
Domini  
incredu  
lia cum  
scipulis  
SV hæc  
lo, vt c  
ueres h  
verū M  
modo  
tebunt  
vis ade  
cis à co



ius fidē probare acerbus illa morte, quā amicus apparuit. Quia dominus te & infirmam vehementer videret in deventerit eum dicens, ut tantam filiam dubitamus peruenire agogi, inuenis & deflexum iussisset od mortua erunt illi eū E SV, hona stultitia sapientia. huius Principis à quibus quot hodie licet proderit derisus imitari am alios, er viuere muus autē t quoque fecit

fecit in domo huius Archisynagogi, ut ceat & dissimulet, nec à præstandis continuo beneficijs abstat, tamen veniet aliquando tempus, cum istis faciet quod his turbis incredulis & ingratis fecit, nempe ut omnes è domo exturbet, & oclusa ante conspectum ianua, terribilia illa verba dicat. Amen Amen dico vobis, nescio vos, discedite à me omnes operari iniquitatis. Erat igitur hæc filia verè mortua, sed tantum hominibus, qui eam resuscitare non poterant: dormiebat autem Christo, in cuius manibus anima illa viuebat, & corpus quiescebat ab ipso resuscitandum; deinde dormiebat Christo, quia tam facile poterat eam excitare à morte, quam si excitaret à leuissimo somno. Eiecit ergo Dominus foras totam illam turbam incredulam, & ingressus est, ubi erat filia cum parentibus, cum solis tribus discipulis. Sed quid sibi vult o bone IESV hæc eiectio? nonne tu venisti de cælo, ut operibus tuis admirandis commoueres hunc populū ad credendū te esse verū Messiam in lege promissum? Quomodo autem vel credent in te, vel confitebuntur te esse Messiam isti, si eos non vis adesse tuis diuinis operibus, si abijcis à conspectu tuo? Quare verò tandē

Matt. 25.  
Luc. 13.

T s. exclu-



*1. Ioan. 1.*

excludis & discipulos tuos? an non illi  
 testimonium dare debent de omnibus  
 operibus tuis, & dicere: *Quod audimus,  
 quod vidimus oculis nostris, &c. annunciamus  
 vobis.* Ceterum totum hoc Dominus  
 fecit non sine grandi mysterio. Ardebat  
 diuinum illud pectus ignita caritate &  
 desiderio omnes iuuandis; itaque age-  
 bat in operibus suis, ut omnem occasio-  
 nem adimeret peruersis hominibus, qui  
 ex mera malitia ipsius bona opera ca-  
 lumniabantur, & damnum magis quam  
 fructum ex illis hauriebant, instar anima-  
 lium venenatorum, quae quicquid boni  
 comedunt, conuertunt in venenum.  
 Persequebantur Pharisaei mansuetum  
 IESUM; quoque plures habebat sectato-  
 res, & plura faciebat miracula, tanto  
 amplius ira & odio in eum inflamma-  
 bantur. Quare caelestis & sapientissi-  
 mus hic Medicus sic medicinam tem-  
 perauit, ut hinc frigus desperationis ad-  
 dimeret Iairo, eumque miraculo resusci-  
 tatae filiae consolaretur, illinc vero ca-  
 ueret ne flamma inuidiae in cordibus  
 Pharisaeorum succresceret, cum remo-  
 ta tuba, secreto miraculum patrauit.

6. CONSIDERA, quod Chri-  
 stus ingressus in locum ubi erat mortua  
 filia, quia Pater eius rogarat, ut manum  
 ei im-



os? an non illi  
at de omnibus  
Quod audimus,  
&c. annu-  
hoc Dominus  
erio. Ardebat  
ita caritate &  
sitaq; id age-  
nnē occasio-  
minibus, qui  
na opera ca-  
magis quam  
nstar anim-  
icquid boni  
n venenum.  
mansuetum  
bat sectato-  
acula, tanto  
in flamma-  
sapien-  
inam tem-  
rationis a-  
lo resusc-  
verò ca-  
cordibus  
um remo-  
atrait.  
od Chri-  
t mortua  
manum  
ci im-

ei imponeret, benignè manu potentif-  
sima, qua omnia condiderat, cuiq; ni-  
hil erat impossibile, apprehendens fi-  
liæ manum, mandarit ei vt surgeret. O  
mirabilis diuinæ potentia virtus, Sola  
voce subito excitata filia aperuit ocu-  
los, & parētes præsentēs incredibili stu-  
pore & lætitia compleuit. O quam be-  
ne poterat dicere cum Propheta. *Dexte-  
ra Domini fecit virtutem, dextera Domini* *Psal. 117.*  
*exaltavit me non moriar, sed viuam, & nar-  
rabo opera Domini.* Hic potes perpende-  
re quam ingens gaudium fuerit paren-  
tum huius filia, quando eam viderunt  
vno quasi momento beneficio Christi  
vitæ restitutam; atque imprimis quan-  
to solatio affectus fuerit pater ille a-  
mantissimus, quem si prius doloris ma-  
gnitudo impulit vt tanta humilitate se  
in terram abijceret ante Christū, mul-  
to magis iam magnitudo gaudij, & ad-  
miratio diuinæ potentia, vt verisimi-  
le est, impulit, vt iterum se ad pedes  
Christi abiecerit, & plorans non iam  
lacrymis doloris, sed superabundantis  
lætitia immensas gratias pro tam sin-  
gulari beneficio reddiderit, seque &  
omnia sua ad sanctum eius seruitium  
obtulerit. SED quid sibi vult, ô bene-  
dicte IESV, vt, cum verbo vno po-  
tueris



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



tueris hanc puellam vitæ restituere, tamen ei diuinam tuam manum porrigere volueris? Verè hoc exemplo manifestare voluisti clementiã singulã, quã quotidie erga peccatores declaras. Nam cum nos simus mortui peccato, & ideo inimici tui facti, tamen benigne nos ad veniã & amicitiam tuã inuitas. Tu primus es qui postulas pacẽ, manũque porrigis, atque si diceres. Da mihi manũ peccator, nec amplius me offende. Benedictus sis dulcis IESU, verè Deus noster, & bonus Pater; talis enim clementia nõ poterat conuenire nisi in Maiestatẽ, qualis tua est. O miser peccator, ne cõtemne tantũ bonũ, tantamque tui Saluatoris bonitatẽ. Cogita quã graue peccatũ cõmittas, quãtaque pœnite reũ facias, si tanto beneficio sis ingratus: O quoties benedictã manũ suã extendit ad erigendum te à tuo torpore & languore, atque etiã ad sustentandũ, dum rectã mardatorũ eius viã inire deberes, verũ tu ingratus ne aspicere quidẽ eũ, vel manũ tuam manui Christi coniungere voluisti, sed potius elegisti in veteri malæ consuetudinis lecto volutari. Quo circa quid aliud restat, quã vt mox in inferni sepulchrum, præcipitẽre, vbi iustum de tua ingratitudine supplicium

suma.



restituere, tamen manum porrigis, ut exemplo matris singulari, presides declaras. Tu peccato, & tamen benignè tuam inuitas. pacem, manibus. Da mihi, ut me offensa IESV, verè talis enim venire nisi in miser peccator, tantamque vita quam gratiam; pœnere tuis ingratum suam extorpare & indidum, dum e deberes quidē eū, coniuisti in voluntari. ut mox tere, ubi plicium sumam.

sumatur: & sic adimpleatur in te, quod ipse Dominus in persona æternæ sapientiae dixit. *Vocaui & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret: de-* *Prou. 1.*  
*spexistis omne consilium meum: Ego quoque in interitum vestro ridebo, cum irruerit super vos repentina calamitas. Non sic anima mea, sed potius cum hac felice puella, ausculata & obedi voci Domini, quivocate à morte peccati ad vitam gratiæ, à multis tuis imperfectionibus & negligentijs, ad vitam & conuersationem magis perfectam, ex miserijs huius infelicis sæculi, ad cælestis regni gloriam, ut possis dicere cum Propheta. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxistis me, & cum gloria suscepisti me. Hæc manus est, quæ subleuat oēs labentes, sustentat erectos, & respicit lapsos, ne omnino pereant. O manus potētissima. Beati, omni bone IESV, quibus tuam benignam manum porrigis: nam hoc ful-*Psal. 72.*  
 ti presidio & fauore, current, & non fatigabuntur, laborabunt & non deficient, ascendet denique quasi per scalam de virtute in virtutem, donec eis tecum occurrat Deus deorum in sancto monte Sion.*

## COLLOQUIUM.

**O**RABIS Christum Dominum, ut sicut ingressus domum Archisynagogi



gogi excitauit defunctam eius filiam, sic, cum ipse sit vera resurrectio & vita nostra, cui omnia viuunt, ingredi dignetur sancta gratia sua in cordis tui penetralia, & voluntatem tuam resuscitare, quæ intra domum iacet mortifero multarum prauarum cupiditatum, & propositorum aduersus tuam sanctissimam legem conceptorum, atq; etiam multorum peccatorum occultorum quæ non cognoscit, somno oppressa, ac uiam Patri & suo Deo reddere: ut adoptas te in suum filium, velit etiã cum Christo in caelesti regno facere cohæredem.

## DOCUMENTA.

1. **H**IC Jairus etsi esset homo valde honoratus, & vnus è Synagoge principum, tamen ad impetrandam sanitatem filie, non dubitauit se humiliare & se ad pedes Christi, ubi la habita dignitatis sue ratione, abijcere idq; in loco publico, & tanti populi presentia. Unde discimus si velimus anime nostre salutem consequi, pedibus conculcare omnes respectus humanos, & non curare quid mundus distentus sit, vel homines cogitent: id verò tantum considerare, quid magis conueniat saluti anime nostre.

3. Tria fecit Archisynagogus, ut postulata à Christo impetraret. Primo prouoluit se ad eius pedes, Secundo impensè eum rogauit.

Ter-

Tertio magis  
an offendit  
posset sanari  
mus à Deo  
re eum ma  
illud, Orat  
trabit. Se  
mus, vel te  
fiderio, sic  
precatu e  
deletet è s  
cum fiduc  
tuum nob  
postulamu  
postoli. Pe  
rans.

3. Christus  
to respons  
primū de  
promptè d  
minus om  
dum vni  
obsequi d  
imperati  
storibus,  
currant sp  
Deniq; on  
rã & aux  
proximo,  
rei sanad



Tertio magnam erga CHRISTVM fiduciam ostendit, ut quod tactu manuum suarum posset sanare filiam. Sic nos, si exaudiri volumus à Deo in nostris precibus. Primò, convenit ut eum magna humilitate adreamus, secundùm illud, Oratio humiliantis se nubes penetrabit. *Eccl. 33.* Secundò, ut ne ex consuetudine oramus, vel tepidè, sed cum affectu & interno desiderio, sicut fecit bonus Moyses, quando Deum precatus est, ut aut ignosceret populo, aut se deleteret è suo libro. Tertio, ut oratio nostra fiat cum fiducia confitendo Dominum nihil negaturum nobis eorum omnium, quæ iuste ab eo postulamus, secundùm consiliùm S. Iacobi Apostoli. Postulet, inquit, in fide, nihil hæsitans. *Iacob. 1.*

3. Christus rogatus ab Archisynagogo, nullo dato responso, cõfestim eum secutus est. Quo facto primùm dedit subditis exemplum obediẽtiæ, quã promptè debeant obedire suis Prælati. Et si Dominus omnium tam promptus fuit ad obediendum uni homini, quanto promptius homines obsequi debent ijs qui loco Dei ipsis aliquid imperant. Dedit quoq; exemplum Prælati & Pastoribus, ut cum vigilãtia & sollicitudine succurrant spiritualib; subditorum necessitatibus. Deniq; omnib; exemplum dedit, ut promptè operam & auxilium suum, cū exiguntur, accomodent proximo, sicut ille rogatus, ut operam præstaret sanandæ huius hominis filie, extemplo se iterum

viam.



viam dedit, secundum illud: Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare.

4. CHRISTVS inuitatus ab Archi-synagogo, vt sanam redderet filiam, desinit predicare & docere turbas; vt significaret, si officium tam spiritale & necessarium deseri potuit, multo magis deserenda minoris momenti negotia, ad subueniendum necessitatibus proximi, etiam temporalibus. Martha enim & Magdalena non sunt inter se contrarie, sed Sorores.

5. CHRISTVS vita restitutus filium Archi-synagogi, prius domo eiecit tibi-cines, & liquamq; turbam tumultuantem, vt intelligeremus, nihil aequè obesse nostrae spiritali reformationi, ac terrenarum cogitationum turbam, nimiamq; curam & affectionem erga nos ipsos, & res huius vitae, quae impediunt, quo minus cognoscamus nos ipsos, & locum Deo includunt, vt gratia sua non possit operari in nobis. Age ergo, vt hanc importunam cogitationum inanium & inordinatorum turbam e corde tuo exturbes, & solum IESVM Saluatorem in illud admittas, & mox videbis mirabilia, quae ille in te, pro animae tuae salute, operabitur.

6. Christus excitaturus hanc puellam, primò extendit manum, eamque coniunxit cum

manu



e dicas ami  
e cras dabo  
us ab Archi  
iam, desit  
significaret  
erium desit  
minoru mo  
a necessitati  
Martha e  
se contra  
erius filia  
ibicines, r  
ut intellig  
itali reju  
um turban  
gu nos ipsos  
quo minus  
Deo inter  
vi in nobis  
vitationum  
n e corde  
aluatorem  
mirabilis  
e, opera  
llam, pri  
moxit cum  
manu

manu puellae defunctae, deinde verborum suo-  
rum virtute puellam suscitavit: hoc ritu sig-  
nificans, si velimus excitari à morte peccati,  
non satis esse, ut ille extendat manum suam,  
auxiliumque porrigat, sed ut nos quoque con-  
curramus, coniungendo manum nostram ipsi.  
ne manui, qua praeuenienti Deigratie coope-  
remur, deinde procuremus, ut nostrae manus  
porrectio ab efficaci voluntate surgendi è le-  
cto peccati proficiatur: si enim tantum id  
fuit ceremonia quadam & specie externa, po-  
tius erit hypocrisis; nec manum, sed chyrothe-  
cam tantum porrigemus Christo.

7. CHRISTVS mandavit parentibus  
recusitate suae, ut nemini patefacerent hoc  
miraculum, cum tamè multi viderint resus-  
citatum. At alibi ipse patefecit miraculum  
sanitatis restituae mulieri haemorrhoidae,  
quod tamè nemo aut viderat, aut cognouerat.  
quare voluit nos docere, quid unicuique no-  
strum magis cõueniret, & primò quidem va-  
nitati deditis, ut occultè sua bona opera faciat,  
conuenienter dicto ipsius. Te faciente eleē-  
mosynam nesciat sinistra tua: qui faci-  
at dextera tua. Deinde magis perfectis, qui  
gloriam huius mundi pedibus calcarunt, ut  
potius sua bona opera ad exemplum, & auxi-  
liū aliorū manifestent, sicut dixit suis Aposto-  
lis. Sic luceat lux vestra coram homi-  
nibus, ut videant opera vestra bona.

Matth. 9.

Matth. 6.

Matth. 5.

8. Eo-



8. Eodem exemplo docet nos Dominus, bona opera nostra, donaque diuina à sua Maestrate communicata; aliquando esse manifestanda quando utilitas proximi, vel Dei gloria id postulat. Quod autem alibi voluit ea regi silentio, id fecit causa nostra, sciens quam sumus proclues ex fragilitate ad vanam gloriam: intelligemusque eam fugiendam tanquam pestem, & damandam verò humilitatem, omnium virtutum fundamentum.

DE SANATIONE PARALYTICI IUXTA PISCINAM.

MEDITATIO XXVII.  
EVANGELIUM.

Ioan. 5.



Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. Est autem Ierosolymis supra probatica, piscina quæ cognominatur Hebraicè